

DE PODAGRA.

quare curari poterit. Quād enim dicimus quōd bronchi in valde senibus non maturantur: intelligit de crassis & crudis humoribus: & hoc est verissimum. Nam cū humores crudi aggreduntur per intemperiem insitam in senibus, quomodo concoquentur, cū proprium alimentum non possint concoquere? Idēo Hippocrates optimè dixit, Non maturantur in valde senibus: si non cibus, longè minus alimentum. At si humores calidis & subtilibus repentibus ad caput ordinarius transitus impediretur, non credo difficultatem fore curationē. Nam si inueniēmus iter rectū p. quod solebant progreedi, curabitur caput suum. Vnū est, quōd non debemus immorari diutius, id eo iudicio meo oportet citō moliri ipsa remedia. *Cura.* Quid faciendū? Sumus in eunte Vere, corpus patitur propter redūtantiam humorum, licet adsit membrum mandans, membrum recipiens: tamen, vt Auicenna inquit, tollas materiam neque membrum mandans mandabit, neque recipiens recipiet: duinmodo non adsit. Cū hīc sit materia & repletio, cui euacuatio debetur? Incipere ab euacuatione, & vellem ipsum euacuare exquisitē. Et cū duplex sit euacuatio, altera per pharmacum, altera per missionem sanguinis, quæ propriè euacuatio, illa purgatio: dicimus indigere forsan vtraque. Galenus in quarto de sanitate tuenda: In dolore capitatis sanguinem mittere & purgare vtilissimum. Hippocrates: Vbi humorū permixti sunt in corpore cum sanguine, nec multum à natura sanguinis distantes, sanguinis missio audacter facienda: si multum distabunt, parcus aut magis: sed per pharmacum euacuabitur. Fortassis humores q. repunt ad caput, nō male per sanguinis missionem edacentur, vt Hippocrates. Dolor oculorum, meri potio, balneum, phlebotomia. Tamen sumendo indicationem à virtute, ab ætate, & reliquis conditionibus, quæ circumscrubunt operationes medici, quandoque impedimur omnino, quandoq., &c. Est in ætate sexaginta octo annorum, habemus ætatem trascendentem limites sanguinis missionum. Benè verum est, vt dicit Galenus, licet conditio mitten di sanguinis limitatur per sexagesimum tertium annum: tamen hoc magis vel minus secundum gradum temperamentorum. video corpus hoc validum, nō timerem à phlebotomia. Sed ex quo videimus quōd natura euacuat sanguinem per hemorrhoidas, non tamen iuuatur, quid volumus duo mala facere? Primo, quia diuertere natūram à recta operatione, deinde inutiliter operabitur. Melius ergo diimittemus sanguinis missio, & adiutoriū illud naturæ: nam facile fiet ut per purgationem aperiantur hæmorrhides. Pro purgatione primo purgare materias oēs cum ordinario flore cassiae, & specieb. hieræ s. quia mate- riæ istæ sufficenter euacuabūtur isto pharmaco, vetriculus & primæ venæ & intestina expurgabūtur. Facta minoratione, deuenirē ad concoctionē materiæ. Cū materia sit duplex, materia pituitosa faciens podagm: acrior quæ vlcera fecit, & nunc dolorē capitatis, quid faceres, cōcoqueres vnam vel vtramq.; Ex quo igitur dat inducias, inciperem à materia subtiliori, quia magis parata & instat & se

A uiora facit accidentia, dimissa interim crassa. Tūc accederem ad syrups, qui commodè hoc facere possent. Non dimitterem cichoreacea, neq; displayeret syrup. de fumo terræ, syrup. de endiuia, acetosum s. Darē qui in vtraq; materia cōuenit, quia crassum mediocriter incidit, biliosum conteinerat. Vnde 3. de Rat. viet. in acut. Hipp. Oxymeli facit degenerare bilem in pituitam, cōtemporando ipsam. Et ideo non discederē ab acetoso s. Et Me-sue magnā virtutē syrupo acetoso s. tribuit. Nam præter alias vtilitates, facit penetrare medicinas ad eas partes, ad quas alioqui non penetrarent. Quare non debemus facile syrup. acetosum & oxymel diuittere. Darem syrup. de cich. 5. j. mellis rosati, syrup. acetosi ana 3. s. Placerent magis aquæ quām decocta, quia aqua destillata est subtilior quām decoctū & magis grata, nonnullę etiam seruant virtutem simplicium. Quōd si tamen voletis decocta, non multū moror. Postea euacuarē cum his quæ euacuant humores subtile, Rheubarb. **C** Non habeo experientiam huius corporis, si facile euacuetur, non discederem à 3. ij. Rheubarb. Placet syrup. ros solutiūs, quia euacuat à capite, & sine molestia. Nolle ascendere ad electuaria quæ habent scammoniam, diuittere diaphœnicū, quia intentio tantum iam est euacuare humores biliosos. Postea euacuarem humores crassos cum confectione hamech portione Agarici commisi cum cassia. Euacuato exquisitē hoc corpore, quod tamen suauiter & blandè esset faciendum, ordinato quoq; bono regimine in 6. reb. non naturalibus, deuenirem ad localia, & vt natura docet, per convenientes regiones purgarē, facerē cauteria, vbi, an in cruribus vel brachis. si materia fluxa, non fluēs magis deriuaretur ad partem propinquam: sed cū volumus euacuare materia antecedente, facerē circa crura, credo quōd sufficeret, & materię nō traherētur ad partes superiores. Gal. 6. Epi. Com. 6. vbi loquitur de diuersis auersionib. dicit: Vbicunq; in partib. superiorib. est affectio, omnis diuersio quæ sit supra renes potius est attractio q. auersio: vnde quæcunq; repunt supra renes, infra renes sunt euacuāda: quæ infra renes, supra renes sūt auertēda. Quid si in renib. in ipso limine fuerit affectio? Poteris æqualiter, inquit, hinc inde diuerte In casu nostro diuersiō magis inferiorē eligerem⁹. Et qā natura docet quōd sit vergēndū, sed tutō facerē, quando corpus exquisitē esset purgatum, & spero caput sublevari dolorib. ex his purgationib. Hac cura esset procedēdū. Nihil molirer circa alterationem cerebri, ppter ætatē. Verū si circa oculū fieret acrior dolor, conficeretur collyriū ex decocto althæs fœnugræci cū sac. ros. candi ad formam mellis, &c. Credo fore vtiliss. ad corroborandū oculū, biberet thermas Aponit. dimitteret guttam. Hæc videbantur agenda in isto casu.

C O N S I L I U M C C C X X I I .

De præseruacione à podagra & calculo, prono-bili viro D. Matth. Zesz. consule L. Bohemo.

G  IR nobiliss. atq; prudentiss. agens annū ætatis 42. habit⁹ corporis optimi, petit à nobis consilium, quomodo toto tempore vitæ suæ effugere possit podagm;

K 2